



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Qæstio XLV. In qua de Irregularitatibus tam ex defectu animæ quam ex delicto provenientes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

alijs; statuit enim *cit. Pontifex* quòd
 ones & singuli, qui absq; dispensa-
 tione Canonica, aut legitimalicentia,
 extratempora à jure statuta, sive
 legitima etatem &c. ad aliquem
 Sacris Ordinib⁹ se fecerint promo-
 ueri, à suorum Ordinum executione
 jure suspensi sint, & hujusmodi
 suspensione durante, si in eisdem Or-
 dinibus ministrare præsumperint, eo
 jure irregularitatem incurrant.

QUÆSTIO XLV.

*In qua de Irregularitatibus tam ex de-
 fectu animæ quàm ex delicto pro-
 venientibus.*

Vicar. **P**utasnè quod defectus Bap-
 tismi inducat irregularita-
 tem ex parte animæ?

S. Minimè, inducit potius incapacita-
 tem.

U. Quid dicis de Neophytis?

S. Dico cum *Navarro* & alijs tales usq;
 ad 10. Annum à fidei Professione esse
 irre-

irregulares, in qua irregularitate in ordine ad Majores Ordines solus Papa dispensare potest, ad minores verò probabile est posse Episcopum dispensare; (intelligi autem per Neophytos illos qui ex Judæis, Machometanis aut Ethnicis conversi sunt ad fidem).

U. Etiamnè irregulares sunt Amentes, Arreptitij aut Furiosi.

S. Etiam hi; sicut & illiterati, qui scilicet sufficientem pro Ordinibus doctrinam non habent.

U. Affirmabis utiq; etiam defectum libertatis inducere irregularitatem.

S. Affirmo; hinc ordinari prohibentur omnes servi propriè dicti, sicut & obligati ad ratiocinia ex administratione rerum sæcularium.

U. Nonnè omnis infamia Canonica sive *Juris* sive *facti* inducit irregularitatem?

S. Ità est, ut habetur in *cap. Infamii*; Omnis autem qui suis culpis exigentibus ad Sacerdotium promoveri non

po-

est, est canonicè infamis, quem-
modum & omnis infamia Civilis,
non revocata per Legem Canonicam
Canonica ex cap: Omnes in 6.

Propone unum ex præcipuis irregu-
laritatibus provenientius ex delicto.

Præcipua est quæ procedit ex homici-
dio injusto, aut mutilatione illicita
cap. Homicidium de Penit. d. 1.

1. Quid intelligis per homicidium in-
iustum?

2. Intelligo occisionem cujuscunque
hominis, directè & expressè volitam,
& spontè factam, contra justitiam
proximo debitam, & quia diversimo-
dè homicidium injustum comitti po-
test, videlicet opere, mandato, consi-
lito, auxilio, favore approbatione seu
ratihabitione &c. hinc dico omnes
proximè cooperantes ad illicitum ho-
micidium esse irregulares; quid verò
dicendum sit de non obstantibus seu
permittentib⁹, tacentibus & non ma-
nifestantibus ac ratihabentibus, vi: Ca-
nonis. V. Er.

V. Ergo idem dicendum de injusta mutilatione sive proprii sive alieni membri quoad effectū inducēdi irregularitatē.

S. Sic est : debet tamen esse actualis mutilatio seu abscissio membri humani, habentis specialem in corpore actionem, ut sunt manus pes, oculus, nasus, vel major aut notabilis pars alicujus ex istis e.g. tres digiti unius manus, imò probabiliter unus digitus præsertim ex majoribus, ut pollex, index etiam medius (licet *Henriquez* & alij dubitent quoad hoc ultimum, quapropter relinquendum est iudicio Episcopi, & ad cautelam saltē petenda est dispensatio)

V. Quid resolvis circa irregularitatem proveniente[m] ex homicidio casuali?

S. Supponendo homicidium casuale esse illud, quod præter intentionem occidentis contingit, resolvo cum *Navarro*, *Soto*, *Henriq. Suario* & alijs ad incurrendam irregularitatem ex homicidio casuali requiri culpam seu negligentiam mortalem. U. De-

Declara quando ex homicidio casu-
li contrahitur irregularitas & quan-
non?
Quando aliquis exercet opus alias
cicum, ex quo tamen secutum est ho-
miciidum, si talis nullo modo prævi-
dit periculum, vel etiam si præviderit,
adhibuit tamen debitam moraliter di-
ligentiam nè sequatur, non contrahit
irregularitatem, (secus si non adhi-
buit debitam diligentiam) & tantò
magis irregularitatem inducet homi-
cidium casuale secutum ex opere illi-
cito si advertens vel advertere debens
periculum, non adhibuit debitam di-
ligentiam nè sequatur; quòd si adhi-
buisse omnem debitam diligentiam,
ita ut homicidium secutum sit merè
casuale, nulloq; modo volitum adver-
tat *Filiuc.* ex multis alijs operantem
non fore irregularem (*nisi in casibus à
Jure expressis*) cujus ratio est, quia tale
homicidium ex quo est omninò invo-
luntarium, sicut excusat à culpa ita &
à pœna ob culpam inflictà. *V. De-*

V. Desidero audire aliquos casus in jure expressos in quibus, si homicidium casuale ex opere illicito quàmvis involuntario sequatur, irregularitatem inducit.

S. Declaratur in jure irregularis Mandans aliquem verberari tantum, si Mandatarius excedens fines mandati, occidat estò Mandans expressè homicidium prohibeat c. *fin. de homicid. in 6. item* irregularis fit Clericus exercès artem Chirurgiæ, si præter intentionem ex ejus opere sequatur homicidium; *item* irregularitatem contrahit Clericus dans occasionem abortus casualiter, per aliquem jocosum actum sibi inconvenientem. *item* Movens agonizantem ex uno in aliud latus, ita ut illi mortem acceleret, fit irregularis, *item* dans medicinam vel potionem infirmo absq; mandato Medicorum, vel contra eorum prohibitionem, si mors sequatur. Deniq; dans operam rei illicitæ tenetur de omni culpa,

etiam levissima quoad incursum
irregularitatis ex cap. *Suscipimus* 10. c.
de *Castro* 11. c. *Tua* 19. c. *Sicut ex littera-*
um 20. c. *Presbyterum*. Ex quo facile
dubitetur, an dans operam rei illicitæ,
ex dicta opera præter intentionem
sequatur homicidium, irregularit:
contrahat? (quando tamen debitam
adhibuit diligentiam) vi: *Panorm. Co-*
ar. c. *Quæsitum* 7. de *Penit. & remiss. c.*
Dilectus 13. c. *Ex litteris* 15.

7. Potestnè Episcopus dispensare in
hac irregularitate proveniente ex ho-
micidio casuali?

8. Potest, si sit occultum, imò etiam si
publicum sit & ad forum contentio-
sum deductum poterit dispensare quo-
ad Ordines Minores & beneficia sim-
plicita, siquidem in Trident: prohibe-
tur tantum nè dispenset quoad Sacros
seu Majores Ordines juxta interpret:
Canonist: vi: *Sayr. & alios.*

QUÆ-